Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26261
Copyright: Admont, Benediktinerstift

altera mentis. Et quidem uigilia corporis optima est.
ut libet sedulo pruigil. aduentui redemptoris expec
tet. si uigilia cordis multo est utilior. Qua uigilia
petrus apls sectari nos admonet dicens. Sobrii
estote et uigilate. qa aduersarius uster diabolus tam
quam leo rugiens circuit quirens quem deuoret.
Cui resistite fortes in fide. Illud autem sentite. quo si
sciret pater familias qua hora fur uenturus esset.
uigilaret utique et non sineret perfodi domum suam. Hanc
similitudinem ostendit dns aduentum suum semper esse
debere suspectum. Pater enim familias animus nr est.
qui corpus et omnia officia corporis more patris fa
milias regit et continet. Fur autem est mors improuise
aduenens fur domum perfodit. cum mors subito et
repente repentinum transitum parat. Si autem pater
familias sciret aduentum furis. uigilaret utique et non
sineret perfodi domum suam. quia si animus nr sedulo
diem mortis suspiceret. sine dubio a suo torpore
pomnia euigilaret. Quis putas est fidelis seruus et
prudens. quem constituit dns super familiam suam.
Seruus fidelis et prudens. intellegitur chorus apltorum
et imitatores eorum. Recte ordo apltorum fidelis seruus et
prudens dicitur. Fidelis enim est. quia fideliter et deuote
substantiam dni sui dispensat. Prudens est. qa indis
tribuendo capacitatem singulorum discernit. Quis